Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Ystoria Troiana - Cod. Aug. pap. 37

Guido <de Columnis>

[Reichenau], [14. Jahrh.]

Liber XXVII

urn:nbn:de:bsz:31-73096

Visual Library

deriuabatur ad talos, propter quod de morte ei spe-
rabatur prius quam de uita. Attende igitur o miser
homere quod nunquam Achilles unum strenuum nisi
proditorie interfecit, unde non merito dignus est lau-
de si proditor est laudis titulus excellenda.
Interea igitur feruente bello Menelaus, Menesteus,
Dyomedes, Thelamonius Ayax cum ceteris eorum
contra Troianos impetum facientes ipsos a campo
repellunt sic quod subito fuge dati ad ciuita-
tem accelerant, qui maxima dissimulatione illam intrare
contendunt. Greci autem ipsos in maxima duricia persequen-
tes infinitos ex eis uulnerant et occidunt. Sed
Troiani qui fugere potuerunt eorum urbem
ingressi ciuitatis portas firmis repagulis
muniunt et claudunt.

Liber xxvii de uigesimo bello ac de morte Achillis, Paridis et Aiacis.

Corpore igitur Troili in Regia Priami
Regis ducto, dolet Priamus immoderate,
dolet Hecuba, dolet nimium Polixena, do-
let Helena. Dolet Paris, qui multis anxiosis
lamentationibus flebiles dies ducunt, dolent
uniuersi Troiani quod diu se senserunt Hectoris,
Deyphebi et Troili auxilio destitutos. Vere
putant se uiuere ultra non posse. Rex tamen Priamus
a Grecis petit inducias treugua firmata, que
conceduntur a Grecis. Infra quas Rex Priamus cor-
pus Troili in preciosissima sepultura statuit sepe-
liri, nec non et corpus Regis Menonis precioso
sepulcro recondi. Regina uero Hecuba de morte
filiorum suorum nimium anxiosa multiplices uias
exquirit per quas posset de eorum interfectore finali-
ter uindicare, ut dictum Achillem, qui non desinit in
suos filios in seuire morti tradere potuisset. Cum
accersito ad se Paride secreto ipsum alloquitur, qui
multa lacrimarum affluencia dixit illi: Carissime
fili mi, qualiter ille infelix Achilles fecit sepi-
us me rogari de Polixena filia mea sibi tradenda
legitimam in uxorem, quem dum de ea sibi tra-
da in spe certa posuerim, propono ad eum nuncium desti-
nare ut ad me in templo Apollinis meum ueniat
locuturus, ubi uolo ut tu fili cum fidelium nostrorum
militum comitiua secreto debeas latere, qui eo ueniente
ibidem uobis irruentibus in eundem, euadere non ualeat
manus uestras, quin interficiatur ibidem. Ad Paris
precibus matris motus ad lacrimas, matri similiter
lacrimando de nocte concessit, factumque est quod
Paris iuxta condictum cum xx sibi fidelibus qui
nimium animosis in templo Apollinis latenter accubuerunt.
Et statim misso per Hecubam nuncio ad Achillem,
infelix Achilles in consulto amoris calore de-
ceptus qualiter sapientibus sensum aufert, una
cum Antilogo Nestoris filio ad Apollinis
templum accessit. Quibus ibi prouenientibus Paris
cum eius fidelibus a latebris exeuntibus ex-
tractis ensibus cum eis irruunt in Achillem. Achil-
les uero excepto ense tantum erat inermis, contra
quem Paris tria jacula in suorum brachiorum

De morte Achillis et Antilogi interfectis a Paride.

intutu videantur, et letali percussit eundem. Alii
suis militibus insurgentibus contra eum, Achilles
autem extracto ense, et suo pallio involuto te-
nens irruentes in eum, septem interfecit ex
eis. Sed demum Achilles et Antilocus mor-
tui sunt in eodem templo Apollinis a Paride
nequiter interfecti. Paris vero iubet corpus
Achillis et Antilochi corvis et canibus exhi-
beri. Sed precibus et monitu Heleni a templo
tamen Apollinis eiecti sunt in platea ut ab
omnibus Troianis inde volentibus possent li-
quido intueri. Gaudent itaque Troiani de
morte Achillis inter se mutuo conferentes quod
de Grecis non poterunt aliquatenus dubitare. Aga-
menon vero Rex ad Regem Priamum nuncios
suos mittit, ut Grecis exhiberi iubeat corpus
Achillis, et Nestori corpus Antilogi in tri-
sti solamine ipsius sui patris in modico condolentis.
Concessit Priamus et Greci ad eorum castra
transducunt ambo corpora mortuorum. De morte
itaque Achillis planctus fit maximus inter
Grecos qui putant et conferunt inter se animo eis
de capienda civitate illorum super esse fiduciam,
Achille sublato. Corpusque Achilli constituitur sub
pace sepultum. Rogantes regem Priamum ut
sepulturam Achillis in civitate Troie locum
permittat, qui in introitu porte Timbree
sepulturam ipsam edificari concessit. Cuius autem
sepulture formam preciosam, quomodo describere

superfluum visum est. Agamenon vero Rex post
hec Reges Grecorum et principes ad colloquium suo
eum mandavit, quibus venientibus et coram eo presentia con-
stitutis, Agamenon illis in suo sermone significat
qualiter per mortem Achillis maxima pars exercitus
videtur minui de certamine. Querit ergo quid sit me-
lius eligendum, an a bello desistere, an adhuc
in bello ipso persistere viribus cumulatis, an ad
propria remeare. Audiencium autem iudicium in diversa
varie dividitur: alii bellum probant, alii reditum
gratum dicunt. Demum omnes eorum in unam sententiam
concurrentes bello insistere approbant et hortantur
dicentes: Et si Achilles eis deficit, non eis
deficiunt vera promissa deorum, qui de Troia-
nos Grecos non gaudeant obtenta victoria quod ci-
vitatem Troye funditus non evitant. Ajax tamen
in medio Regum assurgens regibus persuasit
ut, et si Achilles de medio sit ablatus, mit-
tatur pro eius filio, quod apud Regem Licomedem
avum suum in annis iuvenilibus educatur, cum
ipse pro eo didicerint Grecos sine eo de Troia-
nos non posse victoriam optinere. Statimque ipse
maiorum omnium veniet in succursum. Greci itaque
huius audito consilio funere omnes Regem Mene-
laum eligunt ut pro filio Achillis, qui Neptolo-
mus vocabatur, ad regem se conferat Licomedem.
Tempus erat quod sol iam Tauri sub zodiaco celesti
circulo maturaverat cursum suum, quia iam eo
anno intraverat signum Cancri in quo sum-

Oratio Agamenonis post mortem Achillis

Filius Achillis Neptolomus vocabatur

diuinam dispositionem astrorum celebratur sol sticium
quod bis in anno per duo celestia distinguitur Estiuale
scilicet et brumale. Et sic dicta sunt ex eo quod sol stet
ascendens et descendens in illis propter obliquitatem circu
li zodiaci signiferi dicti. Et ideo cum peruenit sol
ad cancrum descendendo cum non possit amplius
ascendere ibi stat faciens dies magnos et
noctes breues quod contingit a medietate mensis
Junii usque ad medietatem mensis Julii subse
quentis. Cum vero sol descendens peruenit ad
Capricornium in yeme sol cum non possit amplius
descendere secundum circuli sui statum ibi stat fa
ciens dies breues et consequentes noctes longas.

> No de x / et ache... / ... festo / nat de / mense jan

In hoc autem yemali solsticio placuit deo patri
domini nostri Jhesu Christi natiuitatem preciosissimam
celebrari. cum de mense Januarii sole tunc in capricor
nio existente circa finem mensis decembris qui
ex gloriosa semper virgine maria nascendo nobis
nitet ianuam redempcionis aperuit. Tunc etiam
pastores ut scriptum est in ystoriis ecclesiasticis

> No de / temporibus / et signis

quibus per angelum dictum est. Annuncio nobis gaudium
magnum qui peractis vigilias yemale
solsticium obseruabant ut tunc moris erat
homines obseruari. Tunc et cum sol existit in cancro
fit uero estas et estus nam cum tunc terram
sol aspectu directo respiciat Radii solares
directo in terre faciem diffunduntur propter quod terra
multo calore discenditur et cogit homines ad
sudores et tamen diu durant donec sol a

cancro recedens ad signum virginis veniat de
scendendo. Tunc etiam estatis in ualente feruore
aer fit lucidus et serenus Radiis solaribus
non permittentibus nubes ex aquarum vaporibus
exalantes In aere calido glomerari quod ye
mali tempore non contingit cum tunc sol per latum
terre distaciens terram in suis radiis respiciat
per oblicum propter quod aer calefieri non potest ut va
pores extirpatim et aquis insurgentes eius
non inueniant resistenciam solarium radiorum di
uisas glomerantur in nubes que uectorum tempe
state discussae tonitrua et coruscaciones
generant et multitudine pluuiarum. Et aer
in yeme nubium uelamine coopertus tene
brosus fit nimium et obscurus. Sexto
decimo autem die mensis Julii. tunc cum dies
sunt in anno maiores ut dictum est vigesi
mum et letalle bellum troianum et grecorum simul

> Oi / ... bellum / troiale

instituitur ambobus exercitibus simul uictis
bellum asperrimum committitur inter eos. Tunc
Ajax quodam stimulo fatuitatis astrictus
capite discoperto inermis bellum ingreditur
solum ensem portat in manu scuto etiam
subsidio destitutus. Ceteri uero principes grecorum
Dyomedes. Menesteus. Ulixes. Mene
laus et Agamenon ac ceteri eorum bene dispo
sitis usque ad passum peruenerunt Troia
norum. Rex vero Priamus ordinatis sagit
tariis suis turmis et cuneis exiuit contra

grecos ad bellum statuit et mandauit. Sed o
quanto terrore concutitur Troianorum gens, cum
uidet se ad bellum ingredi sine ductu fortis-
simi Hectoris. Sapientis deyphebi et tro-
yli timidi animosi. Sed quia necesse est ut troia-
ni uitam tueantur eorum suas in belli discrimi-
ne uitas ponunt. Paris uero ob defectum fratris
suorum exiuit ad bellum in multitudine lacri-
marum sub eius casside latentibus defluentium
Riuulis qui inperceptibilibus prorumpunt secior
Deinde Polidamas. Rex Philimenis. Rex
Esdras. Rex Eneas cum suis celeriter grecorum
prelio se inmiscent. Paris uero cum acie sua
degente Persarum cum eorum arcubus et sagittis multos
grecos uulnerauit et multos occidit. Dyo-
medes in Regem Philimenem irruit cum
potenter Rex ipse resistit. Verum paflagoni-
sis uassalli regis ipsius multos ex grecis mor-
tificauerunt uulnerauerunt et prostrauerunt. Sic quod dyo-
medes et greci resistentiam eorum in pretium non ualentes
retrocedunt magno terre spacio sunt coacti.
Menesteus uero Athenarum dux irruit in
Polidamam sic astra sua potenter impellens
quod ipsum prostrauit ab equo et ipsum multi-
impetit ense nudo duris ictibus cum affligit
ipsum conatur occidere quod fecisset nisi Regis
Philimenis potentia et succursu ipsum a Me-
nestei manibus liberasset. Item Paris multos
ex grecis uulnerat multos occidit ex eis. Tunc

Deicitur Polidamas a Menesteo duce Athenarum.

De morte paridis et aiacis qui se mutuo interfecerunt

ille Aiax ingentem irruit ense solo de quo admi-
rabile dicitur pro cum tot troianorum interfecisset
inermis in bello et ab omni uulnere euasisset iam
illesus. Verum cum ad gentem Paridis peruenit ense
nudo dissilit inter Persas. Infinitos ex eis mor-
tificat sic quod omnes fugiunt. Tunc cum Verum Paris
substinere non ualens, tenso fortissimo arcu
suo in Aiacem quandam sagittam uenenatam emi-
sit cum qua letaliter ipsum inter splen percussit
et costas sic quod Aias bene persensit quod ex illo
ex eo uulnere infallibiliter moritur. Ante quam ipse
moriendo deficiat querit Paridem inter turmas
Paridem inuenit et se dirigit eidem et dicit
ei. Paris Paris cum me ictu sagitte cru-
deli peremisti, sed ante quam moriar descendam
ad inferos tu eris in primus et precursor. Nec
cesse est enim ut ab iniusto amore helene
per qua fuit tot nobilles interfecti illico sequeris
et statim ense suo sic ipsum letaliter percussit in
facie quod maxillas eius geminas diuisit ipse
et eius a cerebro separatis confestim cecidit mor-
tuus inter pedes equorum. Et Aiax non longe
post illius mortuus expirauit. Troiani
non uidentes Paridem mortuum corpus eius cum
multo labore recuperant et cum effusione multarum
ad ciuitatem deferunt lacrimarum. Sed Dyome-
des et Menesteus grecis insistentibus contra
troyanos eos dare terga compellunt. Cum iam
sol declinasset ad noctem Troiani cum

dissimiune personarum intrat in urbem que firmis clausis et seris portis corroborat ciuitatis. Agamenon uero adueniente nocte non multum longe a ciuitate fere ualde propter obsidionem statuit esse firmandam. Institutis tamen temptoriis et papilionibus circumquaque, Troiani uero sic et in maximam altitudinem ciuitatis tenentur circa muros adhibuerunt custodes qui in optima custodia essent in illis. Eadem nocte corpore Paridis in Regia sui patris non sine lacrimarum effusione deducto planctus fit maximus inter Cives qui amore omnis maxime dispacionis illum sibi extimat patere apertam. Ex quo omnes reges filii a quibus defensionis eorum spes tota pendebat de fenitu interfecti. Nunquid ipsius patris quamlibet fortem infelicis Hecube matris sue nec non et sororum suarum quamlibet fortem helene dolores et lamenta difficile esset explicari posse sermone, et specialiter ipsius helene que ferre mortua plusquam viginti vicibus nocte illa a corpore Paridis fuit abstracta. Cupiens mori cum mortuo et amplius uiuere non affectans. Cum uerba lamentacionis et si contineant dolorem angustias et que posset hominem ualde impium ad pietatis dulcedinem lacessire et ad dolentis compassionis affectum. hec tamen ea deserere propter magnitudinem operis penitus omisi. Ad hec et Rex priamus et hecuba in tantum sunt in anxietatis helene excedentis dolore moniti quod que dolor eorum propter obliti dolores eorum ad dolorem helene anxiosa fomenta tribuebant, et eam mirantur helenam ob mortem Paridis tantis doloribus cruciari ipsam caram de certo plusquam filiam habuerunt. Quod ultimum Paridis in templo Junonis preciosa minime sepultum cuius forma et series in narrandi modo post pertinet corpus Paridis in ea reconditum extitit et humatum.

Planctus Regis priami Regine et sororum suarum et helene maxime de morte paridis filii dilectissimi omnium.

Nota de planctu et turbacione helene propter mortem paridis.

Liber xxviii. de morte Pantasilee Amazonum Regine de bello xxi. et xxii. R.

Nobis uero missibus integraliter expletis Rex priamus portas ciuitatis noluit aperiri. Quare Troianis existentibus clausis portis ad nichil aliud uacauerunt nisi ad continuos gemitus et lamenta. Agamenon uero Regem priamum intimus in litteris requisiuit ut ad bellum gentem suam exire mandaret quod Rex priamus omnino negauit timens supremum excidium gentis sue. Et eo amplius quod Rex priamus indubitabilem spem habebat de quodam succursu infra breue obtinendo. Ab Amazonum Regina que iam attinserat se adire venire ei et tunc temporibus orientalibus quedam prouincia que Amazonia dicebatur in qua sole femine sine masculis habitabant quarum adolescencia feminarum cum potissima illa fuit ar-

Nota de Amazonibus et pantasilea eorum Regina.